Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD TYMOTHEVM

mente reprobi circa fidem. sed ultra
ñ̃o proficient. Insipientia n. eorum
manifesta erit omnibus hominib̃
sicut et illorum fuit. Tu autem assecu
tus es meam doctrinam. institutionem
propositum. fidem. longanimitatem di
lectionem patientiam persecutiones pas
siones. qualia facta sunt mihi antio
chie. yconio. Lystris. quales persecu
tiones sustinui. et ex omnibus his eri
puit me dominus. et omnes qui uo
lunt pie viuere in christo iesu pers
cutionem patientur. Homines autem hõ
nes et seductores proficient in peius
errantes et alios in errorem mittens
tes. Tu uero permane in his que di
didisti et credita sunt tibi. sciens a
didiceris. et quia ab infancia tua
sacras litteras nosti que te possunt
instruere ad salutem per fidem que e
in christo iesu. Omnis enim scriptura
a deo diuinitus inspirata utilis est
ad docendum. ad arguendum. ad co
rripiendum. ad erudiendum ad disci
plinam. ad iusticiam. ut perfectus sit
homo dei. ad omne opus bonum
instructus. IIII

Testificor coram deo et christo
iesu qui iudicaturus est
uiuos et mortuos. per aduen
tum ipsius et regnum eius. predica
uerbum. insta opportune. importune
argue obsecra. increpa. cum omni
patientia et doctrina. Erit enim tempus
cum sanam doctrinam non sustine
bunt homines. sed ad sua desideria
congeruabunt sibi magistros prurien
tes auribus. et a ueritate quidem a
uertent aures et ad fabulas
autem conuertent. Tu uero uigila in om
nibus laborem opus fac euangelistae mi
nisterium tuum impple. sobrius esto. Ego
enim iam deliboor. et tempus resolutionis
mee instat. Bonum certamen certaui
cursum consumaui. fidem seruaui. De
reliquo reposita est mihi corona iusti
tie. quam reddet mihi dominus deus
in illa die iustus iudex. Non solum a
mihi sed et his qui diligunt aduentum
eius festina ad me uenire cito. Demas
enim me reliquit diligens hoc seculum.
et abiit thessalonicam. crescens in ga
laciam. titus in dalmaciam. Lucas est
mecum solus. Marcum assume et ad
duc tecum. est enim mihi utilis in ministe
rio. Tychicum autem misi ephesum. Penulam
quam reliqui troade apud carpum ue
niens ad me affer tecum. et libros ma
xime autem et membranas. Alexander
erarius multa mala mihi ostendit. Red
det illi dominus secundum opera eius. Q
et tu deuita. Valde enim resistit uerbis
nostris. In prima mea defensione nemo
mihi affuit. sed omnes me dereliquerunt. non illis imputetur. Dominus u
mihi astitit et confortauit me. ut p
me predicatio impleretur et audiant
omnes gentes. quod et liberatus sum
de ore leonis. Liberauit autem me dñs
ab omni opere malo. et saluum me fa
ciet in regnum suum celeste. Cui e
gloria in secula seculorum amen. Sa
luta priscillam et aquilam et onesiphori
domum. Erastus remansit corinthi.